





987B

No: 1074.

1784

10

GOTTLOB EVSEBIUS OELTZE D.

BERENISS. BRUNOVICENS. ET LVNEBURGENS. DVCI

A CONSIL. AVL. IVR. ANTECESSOR FACULTATIS

IURIDICAE ORDINARIUS ET HOC

TEMPORE DECANVS

## AD AVDIENDAM ORATIONEM

DE

DIVERSITATE NOBILITATIS ROMANAЕ

ET GERMANICAЕ

DIE XV OCTOBR.

## IVLIAE CAROLINAE

NATALIS CELEBRANDI

ET MVNERIS ORDINARIII AVSPICANDI

GRATIA

HABENDAM

OFFICIOSE INVITAT

PRAEMISSA DISQVISITIONE

QVATENVS SOCH OB SOCIALE DEBITVM IN

SOLIDVM TENEANTVR?

---

HELMSTADII

LITERIS VIDVAE PAVL. DIET. SCHNORR ACAD. TYPOGR.

M D C C L X X X I V .

GOTTSON EASERIS OFFICE D.

SEMINIS ET ACADEMIAE ET LIBRARIAE. DAGE  
A CONSIL. ALIUS TERRITORES ACACIATIS  
TALIS PRAESES ET LOND  
EMPOYSA DEVMNA

AD VENDENDAM ORATIONEM

DILEXISSATIS MONASTICIS ROMANIS  
ET GERMANICIS

ITALIAE CAROLINAE

XATLIS CEREBRANTI  
TE MUNICIPALIA VENETIANA

ET CETERA

SCITIORES INITIA

GRATIAS SOCIIS DE SODALE DEDICAVIT  
GORDIUM SINTONIUS

INSTITUTUS IN LIBRARIIS  
MICHICXXVIA

§. I.


*Quatenus socii ob sociale debitum in solidum teneantur,*  
quaestio est, quam celeberrimi Icti in compendiis, sy-  
stematisbus aliisque scriptis, diuersa admodum ratione,  
decidunt. Dicasteria etiam diuersas hac de re recepisse  
opiniones ex actis saepius animaduertere mihi licuit.  
Operae itaque pretium esse duxi, de hoc argumento in  
foris quotidie fere obuio, seposito paulisper auctoritatis  
praeiudicio, subitanear quasdam meditationes proferre.  
Socialle debitum mihi est, quod ab eiusmodi societate li-  
cita contractum, quae iura vniuersitatis noa habet et cu-  
ius finis est quaedam honorum communio, sive quae-  
stuaria sit, sive etiam simplex. Sub sociorum appellatio-  
ne eos comprehendo, qui eo tempore, quo debitum  
sociale contractum, membra eiusmodi societatis fue-  
runt.

§. II.

Ad quam quaestionem, *ex mente iuris Romani*, di-  
stincte respondendum videtur. Aut enim bona sociorum  
communia adsunt, e quibus solutio fieri potest, aut non.  
Priori casu e bonis communibus solutio in solidum facien-  
da, ita, vt non audiatur socius excipiens, pecuniam com-  
munem pro maiori parte ad se pertinere, vel societatem  
motae actionis tempore iam fuisse distractam, aut pro-

A 2

missio-



missionem sub conditione factam et dissoluta demum societate adimpletam. Conditio scilicet existens retrotrahitur ad initium. Quae omnia satis confirmat PAVLVS L. 27 et 28. D. profec. et PAPINTIANVS L. 82. D. eod.

### §. III.

Quodsi vero bona communia, e quibus solutio fieri potest, deficiant, in regula focios non in solidum, sed tantum pro ea parte, qua tempore contracti debiti, socii fuerunt, teneri putor, nisi scilicet speciale fundatum in solidum obligationis adsit. Quae regula et naturae societatis et sententiae iuris Romani omnino consenteant mihi videtur. Societas enim in coniunctione plurium personarum ad communem finem consistit; id eoque debitum sociale non a singulis sociis in solidum exigiri potest, sed a complexu sociorum, qui simul sumti vnam personam moralem constituant. Quod etiam confirmat correalis obligationis natura, quae regulariter locum non habet L. II. §. 2. D. de duob. reis, praecepit autem L. 4. pr. D. de exercit. acq. in qua traditur, plures qui naevum per se exercant pro portionibus exercitionis conueniuntur. Atque in aliis etiam societatibus, quae non sunt nauticae, idem obtinere GAIUS statuit L. 27. §. fin. D. de aedilit. edidit. Idemque ex L. 44. §. n. D. de preul. luculenta ratione patet, qua PAVLVS tradit, quod actio exempta aduersus venaliciarios, i.e. eos qui societatem vendendi seruos inierant, cum singulis sit pro portione, qua socii fuerunt. Qua propter neque e contractu, quo o-

mnes

¶. ¶.

mnes socii se tertio obligant, in se spectato, neque ex versione in rem societatis correalem oriri obligationem statuendum est. Versione eius, quod vni sociorum creditum est in communem societatis arcam, alter socius creditor i quidem obligatur L. 82. D. pro socio, sed non ita correaliter, ut exhausta arca ad integrum debitum de suo soluendum sit obstrictus. A genere obligationis sociorum ad speciem correalis obligationis determinate concludere, logicorum pracepta non permittunt.

#### §. IV.

Possunt autem socii ex variis causis in solidum obligari, vel immediate ex rei natura, aut dispositione juris, vel ex facto quodam ideo suscepit, ut eiusmodi obligatio constituantur. Ideoque in solidum obligatio sociorum vel immediata est, vel mediata.

#### §. V.

Ex rei natura socii in solidum obligantur, si obiectum ad quod praestandum extraneo se adstringunt, divisionem non recipit, ut ecce equum vel rhedarium ad iter faciendum commodauit aliquis sociis, aut rem quandam apud eos depositum, actio sane commodati vel depositi aduersus quemlibet sociorum in solidum competit. L. 1. §. 43. D. deposit.

#### §. VI.

Immediate ex dispositione iuris Romani socii in quibusdam causis in solidum obligantur. Quo pertinet

A 3

I.) di-



I.) dispositio aedilitii edicti de venaliciariorum societate, quam PAVLVS refert in L. 44. §. 1. D. de aedilit. edict. Ex hoc edicto proponitur actio, redhibitoria scilicet et quanti minoris, in eum, cuius maxima pars in venditione fuerit, quia plerumque venaliciarii ita societatem coeunt, ut quicquid agunt in commune videantur agere. Rationem huius dispositionis ita recenset ICtus: aequum enim aedilibus visum vel in unum ex his, cuius maxima pars in venditione fuerit, --- aedilitias actiones competere, ne cogeretur emtor cum multis litigare -- nam id genus hominum ad lucrum potius vel turpiter faciendum pronius est. Quibus verbis haud obscure docet ICtus, rationem aedilitiae huius dispositionis partim in magno sociorum numero, qui ad venditionem seruorum coire solebant, partim in eo sitam esse, quod venaliciarii, si ob vitium serui venditi latens non omnes simul conuenirentur, plurium litis consortium exceptione saepe actores vexarent.

### §. VII.

Deinde II.) notissima etiam est iuris Romani regula, plures qui coniunctim facto quodam doloso tertio damnum inferunt, correos fieri L. 14. §. fin. D. quod metus cauf. L. 11. §. 2. D. de leg. Aquil. quos correos delinquendi nominare solet. Quodsi itaque socii in vendendis forte mercibus, aliisque negotiis coniunctim fraudem commiserunt, quemlibet eorum laeso in solidum obligari, dubitari non potest.

### §. VIII.

¶¶¶

§. VIII.

III.) Confideiussores ipso iure in solidum teneri constat ex §. 4. I. et L. 3. C. de fideiuss. quamvis iis, si alter confideiussor soluendo est et aequa facile conueniri potest, iam ex epistola HADRIANI imperatoris beneficium diuisonis competit L. 26. §. 1. D. de fideiuss. Eandemque in solidum obligationem nasci quoque ex aliis intercessoriis conuentionibus, quibus plures simul eidem Creditori pro eodem debito securitatem promittunt, quo pertinet constitutum debiti alieni et mandatum qualificatum, ex analogia iuris et praeclaritate Nou. 99. colligendum est. Quod ad socios etiam, qui communi fideiussione, aut simili conuentione creditori cuidam securitatem promiserunt, applicari posse, nemo facile dubitabit.

§. IX.

IV.) Aequum etiam Romani iuris conditoribus visum est, ei, qui cum uno omnes socios repraesentante contraxit, in solidum obligari socios L. 2. D. de exercit. act. L. 27. §. vlt. D. de pecul. Ex quo principio diuisio in L. 1. §. fin. et L. 3. D. de exercit. act. obvia deriuatur quod plures, qui nauem exereant, e contractu magistri sui in solidum teneantur. Quae correalis obligatio ad contractus per magistrum nauis initos nentiquam restringenda, sed ad omnes socios vel communionis participes, qui negotium commune alicui committunt, pertinet, quod ex L. 27. §. vlt. D. de pecul. L. 13. §. 2. et L. 14. D. de insit. act. abunde intelligitur. Supponit tamen haec in solidum.

2.

lidum obligatio i.) vti omnis obligatio et actio e contra-  
etu magistri nauis, insitoris, aut alius mandatarii, con-  
tractum secundum legem praepositionis, aut praeferi-  
pnum a mandante modum initum fuisse L. ii. §. 5. D. de in-  
stit. act. L. i. §. 12. D. de exercit. act. 2.) vt socius vel  
communionis particeps, qui in solidum conuenitur, id  
quod ultra suam ratam soluere debet, per actionem pro  
focio aut de communii diuidendo consequi possit L. 13.  
§. 2. et L. 14. D. de instit. act. Quod posterius requisitum  
quamvis P A V L U S in cit. leg. 14. luculentâ ratione tradat:  
certe ubicanque actio societatis, vel communii diuidendo cessat,  
quemque pro parte sua condemnari oportere constat, a docto-  
ribus tamen negligi solet.

### §. X.

Factum denique, cui innitur *mediata* sociorum obli-  
gatio correalis, in conuentione consistit, qua in solidum  
se teneri velle tertio promittunt socii. Quam correalem  
conuentiōnēm, secundum Romanorum de efficacia paeto-  
rum pracepta, vim producendi actionem tantum habe-  
re, si per modum stipulationis contracta, aut contractui  
bonae fidei in continentia adiecta, satis patet ex L. 7. §. 4 et  
5. D. de past. et tit. instit. de duob. reis.

### §. XI.

Atque hanc correalem obligationem hactenus expli-  
catam I V S T I N I A N U S imperator Nou. 99. c. 1. non, vt qui-  
dam putant, sustulit, sed limitauit tantum, beneficium  
diuisionis correo debendi concedens, qui in solidum acti-  
one

¶¶¶

one pulsatus, licet alter correus soluere possit et praesens sit. Quod beneficium an generatim correis, aut quibusdam tantum et speciatim confideiussoribus tributum sit, dubitatur. Scrupulum iniiciunt a posteriori sententia discessuro verba: *si quis alterna fideiussione obligatos sumat aliquos.* Sed iam obseruarunt CVIACIVS, a) HOMBERG ZV VACH b), PVFENDORF c), aliique graecam vocem, *αληγεγγύων*, male per fideiussione obligatos versam esse, et quoscunque sponsores seu promissiores inter se connexos denotare. Actum egisset IUSTINIANVS solis confideiussoribus beneficium diuisionis concedens, quibus iam epistola HADRIANI prospectum erat. §. VIII. Mentem potius imperatoris fuisse, *omnibus correis debendi, qui pro alieno debito, vel communi ex conuentione quadam in solidum tenentur,* beneficium diuisionis tribuendi, tam ex praefatione Nouellae, quam etiam ex ipsa dispositione et ratione adiecta, satis mihi patere videtur. In praefatione enim, quae occasionem legis continet, non solum fideiussorum, sed et mandatorum et sponsorum mentio sit. In ipso capite Nouellae obiectum legislationis eiusmodi correos esse, quorum obligatio in solidum ex conuentione quadam oritur, siue haec sit ipsa conuentio correalis §. X. siue etiam alia, quae ex dispositione legis in solidum promisso-

B

res

- a) Ad Nou. 99.
- b) In nouellis constitutionibus Iustinian. ex greco in latinum conuersis et notis illustratis. Marburg. 1718.
- c) In obseruat. iur. vniuers. tom. 2. obs. 77.

res obligat, quamvis diserte hanc intentionem non declarauerint, τῶν ἀληγορίων appellatio iam indigitat et magis adhuc sequentia verba ostendunt: si quidem non adiecerit oportere et unum horum in solidum teneri, omnes ex aequo conuentione sustinere. Si vero aliquid etiam tale adiiciatur, fixuari quidem pactum; non tamen ab initio unumquemque in solidum, sed interim secundum partem, quauusquisque obligatus est. --

Ex qua principio prono alięo fluit, hocce beneficium diuisionis correis delinquendi non competere. ¶VII. Quumque quilibet iuri pro se introducto possit renunciare, consequitur etiam exceptionem beneficij ex diuisionis per replicam renunciationis elidi posse.

## ¶ XII.

Ponamus itaque plures socios per institorem forte et communem mandatarium mutuum sociale contraxisse et creditorem unum ex his, qui e bonis communibus solutionem praestare non potest §. II. in solidum conueire, licet reliqui etiam socii aequa facile ad soluendum iudiciali actione compelli possint, exceptionem diuisionis reaprofesse, omnino dicendum est. Eademque exceptio locum habebit, si ponas, ipsos socios debitum contraxisse sub clausula quidem correali, non tamen addita renunciatione beneficij diuisionis. Sin vero reus bona communia possidet, & quibus solutio socialis debiti de quo agitur fieri potest,

fru-

frustra ad sanctionem Nouilae prouocabit, tunc enim non potest dici, quod ex intentione auctoris alienum vel commune debitum proprium fiat onus rei.

Hactenus propositae quaestionis theoriam, secundum principia iuris Romani, distincte tradere studui. Nam quid patria iura ea de re constituant explicandum, et denique grauissimorum dissentientium opiniones earumque argumenta ponderanda essent. Sed quia tempus non sufficit, alia occasione data haec capita explicabo.

Superest, ut causam, quae me impulit, has qualescumque meditationes conscribere, exponam. Quum enim SERENISSIMO OPTIMO QVE PRINCIPI ERV. NOVICENSIVM ET LVNEBURGENSIVM DVCI CAROLO WILHELMO FERDINANDO, PATRI PATRIAЕ placuerit, defuncto ION. FRIED. EISENHARTO consil. aulico et facultatis iuris consultorum in hac Iulia Carolina ordinario, viro de hac academia, universa re litteraria et republica optime merito, mihi, qui ex academia Ienensi vocatus in hac musarum fede vix per tria semestria professoris locum tenueram, grauissimum ordinarii meae facultatis munus conferre; hoc insigne in me collatum beneficium publica oratione praedicare constitui, ad celebrandum simul NATALEM IV- LIAE CAROLINAE DIEM habendam.

B 2

Quem

Quem actum, ut praesentia sua condecorare illu-  
strioremque reddere dignentur MAGNIFICVS ACA-  
DEMIAE PRORECTOR, RELIQVI PROFESSORES AC  
PROCERES REIPUBLICAE TVM LITTERARIAE TUM  
CIVILIS OMNIVM ORDINVM CELEBERRIMI, ME-  
RITORVM GLORIA, MVNERVM DIGNITATE, STIR-  
PIS SPLENDORE CONSPICVI, BONARVM ARTIVM  
ET LITTERARVM FAVTORES, NEC NON COMMILI-  
TONES GENEROSISSIMI AC PRAENOBILISSIMI,  
omni qua par est obseruantia,  
rogo et obtestor.







Helmstedt, Diss., 1778-85

ULB Halle  
005 356 695

3





B.I.G.

Farbkarte #13



9878  
No. 1074  
1784  
10

GOTTLOB EVSEBIUS OELTZE D.  
BERENISS. BRUNOVICENS. ET LVNEBURGENS. DVCI  
A CONSIL. AVL. IVR. ANTECESSOR FACULTATIS  
IURIDICAE ORDINARIVS ET HOC  
TEMPORE DECANVS

AD AVDIENDAM ORATIONEM  
DE  
DIVERSITATE NOBILITATIS ROMANAE  
ET GERMANICAЕ  
DIE XV OCTOBR.

IVLIAE CAROLINAE  
NATALIS CELEBRANDI  
ET MVNERIS ORDINARII AVSPICANDI  
GRATIA  
HABENDAM  
OFFICIOSE INVITAT  
PRAEMISSA DISQVISITIONE  
QVATENVS SOCHI OB SOCIALE DEBITVM IN  
SOLIDVM TENEANTVR?

HELMSTADII  
LITERIS VIDVÆ PAVL. DIET. SCHNORR ACAD. TYPOGR.  
M D C C L X X X I V.